



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Corporalis indecentia respectu status potest in peccatum quem inducere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Immunditia. 335

nostri ingenii viribus metiri, ut priscis astrologis non
deferamus. Dixi autem pure astronomicos, ut nulla
superstitiosa obseruatio sit adiuncta, aut suffumiga-
tionis, aut characterum: quoniam haec constat non per-
tinere ad coelestas influxus, sed ad secretos intellectus,
quorum societas nobis est interdicta.

Sermo indiscretus in peccatum inducere potest proferentem.

Immunditia in sermone morali generale peccatum
est, quod immundus redditur operans illud. Usur-
patur tamen primò specialiter pro peccato inordina-
tæ seminationis humanæ cuiuscunque præternatu-
ralis: ex hoc enim homo maximè immundus fit. Et
sic constat esse peccatum mortale: de quo plures
Apostolus loquitur, docens: immundos excludi à re-
gno Dei. Usurpatur secundò pro peccato inordina-
tæ omissionis superfluorum: ut cibi per vomitum, &
similiter ex gula procedentiū. Et sic ponitur filia gule.
Frequenterque est peccatum veniale: ut pote nec com-
tra Dei nec proximi dilectionem: turpe tamen, ut pote
etiam corporalem immunditiam inferens.

Corporalis indecentia respectu statius potest in peccatum quem inducere.

Immunditia corporalis pro quanto humanā dedet
Icer usum, peccatum est: quia recte distonat rationi.
Est autem in profanis venialis. Sed in sacris si nota-
biliter offendit, peccatum est mortale, pro quanto ad
diuinam irreuerentiam spectat: & tanto magis quan-
to à Canonico etiam iure sub præcepto prohibetur
huiusmodi immunditia, extrà de custod. euchar. cap.,
relinqui. Vbi non solum sacra vasa, corporalia, & ve-
stimenta ministrorum, sed oratoria ipsa præcipiun-
tur munda & nitida (hoc est absque macula) seruari.

Aduertantur

336 *Immunditia.*

Aduertant hæc qui sordidis vntuntur in Missarum sa-
crificio, ita ut abominabili sit tangere & videre.

*Libertati Ecclesiasticæ violatio semper
peccatum est.*

Imunitas Ecclesiasticæ violatio mortale pecca-
tum est formaliter loquendo: hoc est ex intentio-
ne facta: ut scilicet illam quis violet: quia iniuriam in-
fert Ecclesiæ in priuilegio Ecclesiasticæ libertatis,
vel quo ad locum, vel quo ad personas, vel quo ad
bona mobilia vel immobilia. Propter imperfectionem
tamen actus inuenitur hic veniale peccatum sicut
in cæteris.

*Immunitas Ecclesiastica multis modis
offenditur.*

Et scito hic sex. Primo, quod Ecclesiasticam viola-
re immunitatem non est aliqua una peccati spe-
cies, sed est tanquam generale peccatum ad omnes
sacrilegii species. Violatur siquidem Ecclesiastica li-
bertas, iniuriam inferendo & personis & locis, & re-
bus sacris: ita quod violare Ecclesiasticam immuni-
tatem sonat quendam generalem actum vitii, quod
sacrilegium vocamus. Secundo, quod in hoc peccato
est aliquid formale, & aliquid materiale. Habet enim
se ut forma, ex intentione agere contra libertatem
Ecclesiasticam: materia autem est illa res in qua Ec-
clesia læditur, aut dehonatur. Verbi gratia: cum cle-
rieus iudicatur à laico, quum extrahitur ab Ecclesia
qui saluus in illa esse debet, quum bona Ecclesiæ v-
surpantur ab aliis, formale in omnibus est quod
tendit contra id in quo Ecclesiastica persona seu
Ecclesiasticus locus, aut Ecclesiastica res debet esse li-
bera, materiale autem est exceptio clericorum à laico, sa-
lus configentis ad Ecclesiam, quod res seu bona
Eccles.